



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXXVI. Romana retractus Apotecæ. De retracto prælativo, An
competat in contractu permutationis, Et an hæc adesse dicatur ubi major
est pecunia quæ refunditur, quàm valor rei permutatæ. Et de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

bunali primis instantiæ, quod scilicet per intentionem retractus coactivi emptor recognitus esset in verum & perfectum dominum; Cum enim interim ut supra verè sit talis, per electionem unius viae seu actionis, non censetur alteri renunciatum, cum id solum procedat, quando ambo sunt inter se incompatibles, atque ab eadem radice derivantes, ad unum, eundemque finem directæ sunt, ut puta quando pro eadem re competit alternativæ actio criminalis & civilis: Secus ubiæ sunt diversæ, diversumque habent modum; ac finem seu effectum, ex deducis per Menoch. lib. 3. presump. 45. n. 6. & 7. Ronit. pragm. 1. de officiorum provisione n. 15. apud quos concordantes; Ita siquidem retractuum species sunt inter se diversæ, diversumque habent modum, ac etiam finem, & effectum, praesertim ob majores cautelas, majoremque securitatem à periculo evictionis in prælativo quam in coactivo, ideoque non ex eo quod una via eligitur, censetur alteri renunciatum.

- 11 De abusu attendendi magis doctrinas, quam rationes.
- 12 An requisita Bullæ procedant tam in coactivo quam in prælativo.
- 13 An lis excusat a lapsu termini.

DISC. LXXVI.

MATTHIAS Capocaccia possidens quandam ratam domus solitam locari pro seutis 36. istam permutebat cum altera domo possessa per Fabium Carosium solita locari pro seut. 8c. gravata pluribus censibus consignativis in forte seut. 150. quos Capocaccia in falso sumpsit & ulterius solvere promisit dicto Fabio scuta 400. ad effectum extinguendi aliqua ejus debita, pacto etiam adjecto, quod vinente dicto Fabio licet Matthia dictam ejus partem domus in permutationem datam recuperare mediante assignatione domus fructantis eamdem summam scutorum 36. francam & exemptam à quibuscumque expensis, refectionibus, & alijs quibuscumque accidentibus etiam dislocationis, quæ omnia durante tantum vita Fabij Matthias ejus risico assumpsit, sequuta vero ejus morte, licitum esset dictam ratam domus redire mediante solutione scutor. 500.

Hujusmodi permutatione effectuata, Balthasar Alborghettus vicinus domui per dictum Carosium olim possicæ, retractum prælativum ad formam Bullæ Gregorianæ adversus Capocacciam in solito Tribunal Camerarij, & Ædilium instituit, quo pendente Capocaccia aliam domum acquisivit ex altera parte adjacentem cum expressa cessione juris retrahendi dicto alteri vicino competentis atque post diu litem agitata concorditer partes decidendam vel componentem remiscentur controvèrsiam in cuiuslibet partis Advocatos, quare in congressu, quem cum Collega tanquam Capocaccia, Advocatus habui, discursum edidi magis preparatorium, & pro veritate examinanda quam decisoriū super fundamentis quibus Capocaccia innitebatur hujusmodi retractus exclusione, quæ quantum erant.

Primum nempe quod domus retrahenda ab ipso quæsita non esset titulo emptionis, sed permutationis, quo casu non intrat retractus prælativus, ex ea ratione, quod retrahens dare non potest acquirenti vel alteri parti illam speciem, quæ per permutationem data est, ut firmant Affl. de jure prohib. §. 3. notab. 9. n. 11. cum seqq. ubi Rummus in addit. late Decian. conf. 23. num. 2. & per rot. lib. 2. Gratian. discept. 885. num. 7. Penia dec. 89. Buratt. dec. 6. num. 12. Adden. ad eum dec. 937. num. 22. Rota dec. 413. par. 2. recen. & dec. 322. num. 12. par. 4. & habetur in Viterbiæ. hoc eod. tit. disc. 73.

Alterum quia retractus non datur, nisi ubi ex domo retrahente & ex retrahenda fieri potest unicum ædificium, quod tendat ad Virbis ornatum juxta decis. Merlin. 437. quæ est repetita par. 5. recen. decis. 339. num. 3. cum sequentib. qui ornatus sequi non poterat, quia domus retrahens utpote ultrò non progrediens, atque ut vulgo dicitur faciens refaltum, nullam constitutere poterat cum retrahenda lineam rectam facientem simetriam, ex qua ornatus resulstat; Ac etiam fortius quia cum utraque domus retrahens & retrahenda esset antiquitus unius possessoris, in venditione per istum facta de domo retrahente reservata fuit ad favorem & commodum remanentis domus retrahendæ extrinseca facies seu aspectus stante dicto refaltu existens

ab

R O M A N A
R E T R A C T U S
A P O T E C A E
I N T E R
M A T T H I A M C A P O C A C C I A M ,
E T
B A L T H A S S A R E M
A L B O R G H E T T U M .

Discursus arbitralis in controversia sopia per concordiam.

De retractu prælativo; An competit in contractu permutationis; Et an hæc adesse dicatur ubi major est pecunia quæ refundit, quam valor rei permutationæ.
Et de termino anni à Gregorianæ Constitutione retrahenti præscripto adimplendam formam ibi traditam; An currat pendente lite super retractu, vel potius ista excusat à cursu temporis.

S V M M A R I V M

- 1 F Alti series.
- 2 Ius congrui non procedit in permutatione.
- 3 De requisitis ad retractum prælativum in Urbe.
- 4 De concursu plurium vicinorum ad eundem retractum.
- 5 Ius retractus cedi potest cum ipsa re.
- 6 Litigientia an excusat retrahentem à lapsu termini, & num. 13.
- 7 De ratione, ob quam ius congrui non datur in permutatione & an cessante ratione cesseret conclusio.
- 8 Quando ius congrui intret in concessione in emphyteusim vel censem.
9. Quando non sit vera permutatione, & quando dicatur in fraudem, & numer. 10.

ab ea parte, unde propterea nihil retrahens habere dicebatur, in quo aspectum ex una & altera domo face: e posset, quia totus aspectus erat dominus retrahenda.

Tertium erat fundamentum, quod Capocaccia, stante acquisitione dictæ alterius domus confinantis cum cessione juris retractus potior deberet esse conditio, non quidem ex eo quod esset reus & possessor, ita ut in pari causa vinceret (dum talis effectus est lite pendente) sed ex jure sui auctoris, cui in concurso potius dictus retractus competit, dum Gregoriana disponit potiorem esse conditionem illius vicini, cui ratio majoris indigentiae vel congruentiae assilvit, quod etiam de jure procedere firmanter Cifuentes & cateri discursivè deducti per Fab. de Ann. cons. 47. & absque dubio major congruentia nedum ad privatam commoditatem vel indigentiam, sed etiam ad publicum ornatum alteri vicino assiliebat, cuius donus lineam rectam cum domo retrahenda constituebat, ita ut ex utraque cum convenienti simetria publicus ornatus bene resultaret.

Neque dubitandum dicebatur, novum emptorem quamvis lite pendente juvari posse juribus eius auctori competentibus, scilicet expressa cessione ipsius juris retrahendi juxta decis. Franch. 242. Gibr. decis. 3. 4. num. 15. Rosa decis. 243. num. 9. par. 5. recens.

Quatum demum fundamentum erat, Gregorianam à die scientiæ præscribere terminum unius anni, intrà quem retrahere volens formam ibi præscriptam implere tenetur, quo non sequitur ab hoc jure cadit, qui terminus jam lapsus fuerat, nil obstante pendent a litis, quoniam eam non excusare ab implemento prædicto firmat punctualiter Rota apud Gregorium decisi. 470. & apud Buratt. & adden. decisi. 937. num. 12.

Singula igitur fundamenta prædicta examinando, primum circa permutationem me satis ancipitem tenebat, atque potius primo aspectu pro eius insuffisientia inclinabam ob ceterum rationem; differentia inter emptionem & permutationem in eo consistentem, quod scilicet non possit retrahens dare eandem speciem, quam acquirenti habere expedit, dum in contractum deducta non est res, qua functionem recipiat in genere suo. Hæc siquidem ratio cessabat stante dicto pacto recuperandi dictam partem domus mediante assignatione anni redditus super quacumque domo, donec Fabius viveret, coque mortuo cum pecunia; Unde cessabat consideratio habendi magis unam speciem, in qua affectio vel major commoditas cadere posset, cum ita solo genere anni redditus & respectivè pecunia permutans contentus fuerit, ideoque titulus permutationis videbatur potius color quasitus ad legem fraudandum, ut in fatis proximis terminis *Franch. dec. 392. & Merlin. decif. 210. num. 7.* ubi firmatur, quod si domus aliqui concedatur sub nomine censu reservativi, redimibilis tamen in pecunia ad rationem tot pro centenario, quod contractus censeatur potius emptionis & venditionis quam censualis sub dicto titulo verbaliter conceputus ad fraudandum jus congrui vicino competens, quia in effectu stante pacto redimendi censum quandocumque in pecunia ad rationem tot pro centenario, dicitur intercedere verum pretium in pecunia constitutum.

Eoque magis difficultas urgebat, quia stante in-
equalitate inter duas species permutatas, opus fuit
supplere inaequalitatem cum refusione pecuniarum.

que plus importabat, quam importaret species data, ex iis que habentur in Ferrare, gabella sub tis. de 10 Regalibus disc. 49. præfertim ponderando simul cum hac circumstantia alteram præcedentem pectorum super dicta specie data adjectorum, unde clara resultare videbarat probatio fraudis, quodque fuisse titulus permutationis nudus color qualitus.

E converso pro Capocaccia stringebant aucto-
ritates punctualem superioris allegatae praesertim Da-
ciani dictio cons. 2; Penia dicta dec. 88. & decis. 413.
p. 2. recen. firmantes, quod nisi aliae probaciones vel
conjecturæ fraudis & simulationis concurrerent,
ista ut supra resultantes, vel ab estimatione, vel à
refusione pecunie in majori quantitate, sufficere
non debeant quoties de expressa voluntate contra-
hentium constat voluisse facere contractum permuta-
tionis & non venditionis, cum illæ attendenda
veniant in casu dubio, & ubi partes non expresse-
runt qualèm contractum facere voluerint.

Et si apud me semper legales rationes potius quam simplices auctoritates DD. cessante necessaria auctoritate legis praevaleant, nihilominus quia contrarium servat usus vel abusus, qui non est novus, cum de illo etiam conqueri videamus *Socin.* *in relatum per Manic. de tacit. lib. 1. tit. 22. num.* 7. Idcirco quatenus ad actum judicandi deveniendum esset, dicebam, me quamvis invitum, auctoritatibus potius adhaerere debere, præfertim attenta subjecta materia, dum juxta opinionem, quam Curia tenet, hujusmodi leges reputantur potius odiosæ, & exorbitantes, ideoque non videtur benignè favore retrahentium procedendum.

Quod secundum motivum non competentia 12
retractus, nisi ubi ex utroq; ædificio perfectum seu
congruum ornatum non faciente, unum perfectum
vel congruum ædificium ad ornatum construi pos-
set, juxta meum sensum credebam Bullæ inten-
tionem percutere solum retractum coactivum, se-
cùs autem prælativum, quod est benignius, & to-
tius ferè Orbis Christiani statutis vel moribus
magis adaptatum, ita in hoc potissima ratio con-
sistat in qualitate vicinitatis seu æquitatis, ut in
concurso vicinus extraneo absque venditoris pre-
judicio præferatur, præsertim dum eadem Bulla
hoc idem jus prælationis concedit etiam con-
fortibus & inquilinis, & Bulla Pi V. illud etiam
concedit creditori censuario, ut potè quoddam
licet impropium, & remotum consortium ha-
benti, unde lìres esset integra, inspecto solo teno-
re Bullæ forsitan creditissim judicandum pro
hujus requisiti exclusione.

Sed quia Rota apud Merlin. dicta dec. 437. alias
339. par. 5. recent. num. 13. cum seqq. firmat hoc re-
quiritum in prælativo quoque desiderari, ac etiam
id comprobat Curiæ observantia deducta ex rece-
pto consilio Ioannis Aldobrandini, quod rati-
one proximitatis à retro seu in viculis & locis
non facientibus ornatum, tanquam à cessante ra-
tione seu motivo Bullæ, hoc jus prælativum non
competat, unde infertur ornatum potius quam vi-
cinitatem considerari, idcirco si ad actum judi-
candi deveniendum fuisset pro dicti fundamenti
subsistentia tenuissim.

Eo magis conjungendo simul cum isto aliud
fundamentum vicinitatis & aequalis competentia
retrahendi eidem reo, & professori competentis;
Licet enim de hoc fundamento solius & de per-
se considerato satis dubitarem ex praesupposita
Camere observantia, ut potior esse debeat con-
ditio ejus, qui præoccupavit, dum de tempore

præoccupationis possessor domus retrahenda non erat vicinus, sed hujusmodi qualitatem lite pendente affectavit, attamen satis in proposito videbatur considerabile in coadjuvationem dicti præcedentis fundamenti, cum regula, ut singula quæ non profunt, &c. ex ea prefertim circumstantia, quod melior ornatus resultabat ex domo retrahenda & altera per eundem reum possessa, ut supra.

Demum quoad quartum motivum super lapsu termini per Bullam præfixi, an scilicet lis excusat, vel termini lapsu impedit, pro excusatione ponderabantur *decisiones Putes* §. 195. lib. 1. & econverso pro non excusatione sed lapsu obstabat iam superioris allegata decr. 470. *Gregorij cum alijs per adde. Buratt. dec. 937.* Sed hujusmodi decisionum diversitas considerare videtur in facto non autem in iure, in quo juxta receptum Curie sensum bene conciliantur cum distinctione, quod aut lis est principaliter intentata super retractu, ita ut punc ei præjudiciales veniant in lite accessoriæ, & incidenter, & intrat decisio Gregorii; Aut est principaliter intentata super re præjudicialiter super validitate seilicet alienationis, ex qua resultat retractus, ita ut illius inspectio veniat incidenter & consequitivè, & tunc intrant decis. Putei; Unde cum in facto ex parte Capocacciae pro certo præsupponeretur item intentatam esse principaliter super retractu, videbatur pro fundamento subsistens resolvendum. Hac tamen controversia pendente supervenient chirographum Papæ super demolitione partis domus retrahentis, quæ ultrò se extendebat, atque ut vulgo dicitur, faciebat resalutum pro dirigenda linea omnium illius viae domorum, damno demolitionis cum aliquibus commodis & concessionibus compensato, & hæc innovatio causam dedit concordiam.

ROM. RETRACTUS

DE VIVALDIS,

PRO

FRANCISCO VIVALDO

CVM

N.

*Causa decisus per Cameram
contra Vivaldum.*

De retractu ex *Gregoriana Constitutione* competente vicino adversus novum voluntarium emptorem, an procedat contra alterum æquè vicinum ementem. Et an ad effectum retractus prælativi concurrere debeat eadem requisita retractus coactivi. Et aliqua de lapsu anni per eamdem Constitutionem ad retrahendum præscripti.

S V M M A R I V M.

Causa controversia.
Retractus prælativus adversus voluntari-

rium emptorem an habeat locum in vicinis & rusticis.

3 An in prælativo concurrere debeat eadem requisita coactivi.

4 De concurso dotorum vicinorum.

5 Tempus præsumptum ad retrahendum non currit nisi a die perfecta & valida venditionis.

DISC. LXXVII.

UM alter vicinus de mense Februarii 1661.

Cannetum propè ejus vineam emisset à PP. 1

Sandi Laurentii in Lucina sub expressa conditione benelaciti Apostolici ad formam extravag. ambitiose obtinendi cum clausula, & non aliter, &c. quod benelacitum non nisi de mense Novembri sequentis obtentum fuit, atque prius de mense Martii 1662. deindeque demense Junij sequentis cum novo monitorio Vivaldis habens vineam adjacentem, retractum prælativum ad formam *Gregorianæ Constitutionis* intentaverit; Vicinus prædictus reus conventus duas reportavit sententias favorabiles absolvitorias. Unam scilicet à Tribunali Camerarii, & Aedilium, Alteram in secunda instantia à Præside Viatorum, undè introducta causa per appellationem in plena Camera coram Bonacurso, dato que dubio; An constaret de duabus conformibus ad formam Statuti; In hoc statu per Vivaldum ad ejus defensionem assumpitus, antequam ad disputationem deveniretur, liberè requirent de more insinuavimus satis de ejus juribus dubitare, probabiliusque succumbentiam timeri debere, prout sequuta disputatione 8 Junij 1664. eventus dedit.

Non dubitabam siquidem de retractu competencia respectu quoque vinearum aliorumque rusticorum etiam in venditione voluntaria, quoniam licet *Gregoriana Constitutione* §. 14. loquatur solùm de retractu coactivo, attamen ex quadam inventaria Camera observantia, de qua testantur *Gratian. discept. 742. num. 62.* & votum Camerae decis. ult. par. 2. recen. num. 3. procedit etiam in retractu prælativo, ut passim servatur; Nihilominus difficultas erat in objectis, quæ ad tria restringebantur; Primò nempè, ut in retractu prælativo per observantiam ut suprà inducō, adinstar coactivi, concurre debeat eadem requisita, quæ per dictam *Gregorianam* §. 14. desiderantur in coactivo, inter quæ illud est in hac facti specie deficiens, quod cannetum non esset locari solitum; Secundò, ut hujusmodi retractus competere non debeat contræ æquè vicinum, cum in pari causa melior esse debeat conditio præoccupantis; Et tertio quod intra annum à Constitutione præscriptum retrahens ejus Constitutionis formam cum actuali deposito preti non implevisset, quæ omnia objecta aliquam subsistentiam habere videbantur, cum tamen sufficeret unum ex eis obstat.

Quatenus enim pertinet ad primum, quod eadem requisita retractus eoactivi concurrere debeat in prælativo, de quo verè dicta Constitutione non loquitur, ita ut dicta Camera observantia, quæ hujusmodi extensionem induxit sub hac lege recipienda sit, firmant *Gratian. discept. 742. num. 63.* & votum Camerae seu Biscie impress. dicta decis. ult. num. 3. in fine par. 2. recen.

Et quamvis, cum aliquo etiam sensu veritatis, dicere id intelligendum esse quoad requisita utriusque retractu proportionata, prout sunt illa, quod vinea retrahens sit majoris valoris, majoris mensura,